te: exaudiui te in abscondito tempestatis:
probaui te apud aquam contradictionis.
Audi populus meus et contestabor te: israel
si audieris me non erit in te deus recens.
neque adorabis deum alienum.
Ego enim sum dominus deus tuus qui
eduxi te de terra egypti: dilata os tuum
et implebo illud.
Et non audiuit populus meus uocem meam:
et israel non intendit michi.
Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum:
ibunt in adinuentionibus suis.
Si populus meus audisset me: israel si in
uiis meis ambulasset.
Pro nichilo forsitan inimicos eorum hu
miliassem: et super tribulantes eos mi
sissem manum meam.
Inimici domini mentiti sunt ei: et erit
tempus eorum in secula.
Et cibauit illos ex adipe frumenti: et
de petra melle saturauit eos. cat
Deus stetit in synagoga deorum:
82 in medio autem deos diiudi
Usquequo iudicatis iniqui